

Dédicace de Ulysses Redux

Auteur : Gager, William

Les folios

En passant la souris sur une vignette, le titre de l'image apparaît.

3 Fichier(s)

Mots clés

[rôle culturel de la dédicataire, activité littéraire de la dédicataire, relation auteur-famille de la dédicataire \(le poète est rattaché au frère de la dédicataire\)](#)

Informations éditoriales

Titre complet de la pièce *William Gager's Ulysses Redux (1592), a Facsimile Edition and an English Translation*

Auteur de la pièce Gager, William

Date 1591

Lieu d'édition Oxford, Royaume-Uni

Éditeur Barnesius, Josephus

Langue Latin

Source [Internet Archive](#)

Analyse

Type de paratexte Dédicace

Genre de la pièce Tragédie

Les relations du document

Ce document n'a pas de relation indiquée avec un autre document du projet.

Informations sur la notice

Edition numérique Véronique Lochert (Projet Spectatrix, UHA et IUF) ; EMAN (Thalim, CNRS-ENS-Sorbonne nouvelle)

Contributeurs Saint-Martin, Marie (Constitutrice)

Mentions légales Véronique Lochert (Projet Spectatrix, UHA et IUF) ; EMAN (Thalim, CNRS-ENS-Sorbonne nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)

Citer cette page

Gager, William Dédicace de *Ulysses Redux*1591.

Véronique Lochert (Projet Spectatrix, UHA et IUF) ; EMAN (Thalim, CNRS-ENS-Sorbonne nouvelle).

Consulté le 18/01/2026 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Spectatrix/items/show/1830>

Copier

Notice créée par [Adelina Borfotina](#) Notice créée le 01/07/2024 Dernière modification le 03/12/2025



NOBILISSIMAE AC DOCTIS-
simę Heroinę, Domine Marię Penbrochię
Comitissa. S.



Nisi inverecundę facio,
illustrissima Domina, qui
tibi, ne de facie, vix de no-
mine, cognitus, literis ta-
men meis Celsitudinem
tuam interpello. Sed pudor-
em meum subleuabit
primū benignitas tua,
quę ab omnibus qui Mu-
sas amant, ita passim celebratur, ut me ad hanc
audaciam, vel fama ipsa pertraxerit; deinde amor
quidam meus, quo, non solum laudatissimū, nū-
quamq; satis laudatum fratrem tuum Philippum
Sidneium, vivum, mortuumq; prosecutus sum,
sed totam etiam Sidneiorum gentem, semper co-
lui, omniq; honore dignissimam semper iudica-
ui. Postremo, factum meum excusabit doctissi-
mus Casus tuus, qui partim sermones nuper de
me tuos referendo, partim singularem ani-
mi tui candorem erga omnes prædicando, tan-
dem pellexit, ut aliquā tibi honestā ratione in-
notescerem. nulla autem via occurrebat hone-
stior, quā hęc literaria, ac præsertim poetica,
Non

Nō quòd ego aut poeta sim, aut haberi cupiam,
(quī enim sperare id ausim?) sed quia intelligere,
nullo me tibi alio officio commendatiorem gra-
tioresq; venire vnquam posse. Quo nomine, &
multum Serenitati tuę debent Poetę nostri, quo-
rum ingenia ac facultatem tam impensę foues,
& tu longe optatissimam tibi mercedem repor-
tabis, nempe gloriam, sine quā, quid tibi videri
potest magnopere in vita expetendum? Nam a-
liarum tibi rerum omnium copia, abundę præstō
est; glorię, nec tibi, nec cuiquam hominum, satis
vnquam fuit. Cuius quidem cupiditas, vt nō nisi
maximis animis, optimisq; ingenijs innata est;
ita nullo magis argumento declaratur, quàm a-
more erga eos, quorum carminibus immortali-
tatem se nominis sui consecuturos arbitran-
tur. Nam cum optimę faciant, optimę eti-
am apud posteros audire cupiunt. Quocir-
cā Vlysses hic meus (quo nemo vnquam poëtis
plus debuit) in cuius se potiùs clientelam recipi-
at, cum ab Vlysse ac Cancellario nostro, illustri-
simo Buckhurstio discesserit, quàm in tuam? sed
vt quædam picturę non nili opaco lumine
probantur, aut vt ipsę vestes scenicę, nocturno
magistędarum splendore, quàm interdū placēt;
ita vereor ne Vlysses meus, gestu, voce, omniq;
apparatu tragico, quasi lucernarum fūco desti-
tutus, non modò præstantem ingenii iudiciiq;
sui lucem, sed ne præcellentem oculorū tuorū;
pulchritudinisq; tantę fulgorem sustinere va-
leat. Quare peto a te, Nobilissima Comitissa, vt
Vlyssi, non in Ithacā, sed in scenam iam pri-
mum

enūm venienti, tanquam altera Penelope, saltem
manum tuam exosculandam porrigere digneris.
Quod te pręstituram, plane confido . Pro quā
tantā humanitate tuā, 'quid ego tibi maius pre-
cari queam, quā ut aliquis Homerus exoriatur,
cuius pulcherrimo poemate, pari cum Penelope
gloriā, eternitati commenderis . Molliorem tibi
fortunam opto, famam certe illustriorem optare
non possum. Vale . Ex Æde Christi Oxonię,
sexto Idus Maij. 1592.

Amplitudinis tue studiosissimus

GVILIELMVS GAGERVS.